


DISPUTATIO
DECVRATIONE
ET SATISDATIONE TV.
TORVM VEL CVRA-
TORVM.

IN INCLYTA ARGENTORA-
tensum Academia ordinaryj exercitij
causa proposita

à
PAVLO GRASEKIO V. I. D.

RESPONDENTE
HELMHARTO A FRIDESHEIM AVSTRIACO.

Disputabitur yltimo Iulij.



Argentorati excudebat Antonius Bertramus.

M. D. L X X X I X.

THESES DE CURATIONE
ET SATISDATIONE TUTO-
rum vel curatorum.

GENERALIS SPLENDORE, DO-
CTRINA AC RERVM VSV
VIRO PRAESTANTISS.

D. WILHELMO BERNHARTO
A FRIDESHEIM IN LEN-
GENFELDT, &c.

SAC. CAES. MAIES. CONSILIARIO &c.
D. PARENTI: SVO EX OPTATISS:
In studiorum testimonium & obser-
vantiæ monumentum.
Dicat

Obsequentiissimus Filius:
Respondens.



I.
CURIA siue curatio est administratio bonorum & ne-
gotiorum eius, qui vel per etatem, vel vitium aliquod
corporis aut animi negotia sua ipse administrare non po-
test, lege vel à magistratu data.

II.
Ea duplex est dativa & legitima; unde & tutores alij
dativi alij legitimi dicuntur.

III.
Dativi sunt qui dantur à iudice & magistratu eodem à
quo & tutores, regulariter quidem minoribus, irregulariter
vero etiam alijs personis.

IV.
Legitimi sunt proximi adgnati, qui curatores dantur
ex l. 12. tab. furiosis & prodigiis: maioribus 25. annis tan-
tum, non etiam minoribus: ipsis enim à magistratu dantur cu-
ratores non ut furiosis & prodigiis, sed ut adolescentibus.

V.
Sed & hilege vocari omnino desierunt: & à magistra-
tu hodie dantur ex inquisitione.

VI.
Testamento etiam dati curatores de iure nunquam value-
runt:

runt: de facto tamen dati obtinuerunt; si index eos confirmaverit: & quidem sine inquisitione si à patre; ex inquisitione si à matre dati fuerunt.

VII.

Dantur curatores primum minoribus; id est; masculis puberibus & fœminis viri potentibus.

VIII.

Sed his volentibus tantum; non etiam iniuitis: exceptis certis casibus; vt puta si lis est mouenda in iudicio: si debitores minoribus soluere coguntur: si minores rationes petunt: administratæ tutelæ.

IX.

Deinde maioribus 25 annis; qui vel animi vitio labo-
rant; vt furiosi; prodigi; mente capti: vel corporis; vt
surditi; mutis; & ijs qui perpetuo morbo laborant.

X.

Tertio impuberibus & pupillis; si scilicet tutor legitimus vel testamento aut à magistratu datus non est idoneus: vel pupillo litem mouet: vel ad tempus se excusat; vel sub conditione datus est: tunc enim in eius locum curator interim constituitur.

XI.

Finitur cura: iisdem ferè modis quibus etiam tutela: spe-
cialiter tamen; si vitia illa animi aut corporis; propter quæ
curatores dati sunt; correcta fuerint: vel tempus aut con-
ditio

ditio extiterit: vel minor ad iustam ætatem; hoc est; vigesimum quintum annum peruerenter.

XII.

Quod quidem completum esse oportet; nec attigisse suf-
ficit.

Et hæc dē ijs; quæ propria sunt tutelæ & curationi: nunc
dē iis quæ utriusque sunt communia; vt est satisda-
tio; excusatio; & crimen suspecti.

XIII.

Satisfatio est cautio qua datis fideiussoribus rem pu-
pilli saluam fore promittitur.

XIV.

Et quia fideiussoria satisfatio est necessaria; malè Ifo-
nem affirmare putamus; in L. fideiussor in princ. nō. 2. ff.
Qui satisdare cogūtur; eum tutorem non satis idoneum esse;
qui non tantum habet in bonis quantum pupillus: quoni-
am fideiussorem locupletem habere potest.

XV.

Hanc satisfactionem quidam præstant; quidam non;
præstant tutores & curatores à magistratu sine inquisitione:
dati; & à testatore extraneo.

XVI.

Item legitimis: præterquam si sunt bene probati; idonei;
atque honesti: aut si ipsis administratio à magistratu cum
inquisitione commissa est.

A 3 Non

XVII.

Non præstant testametary: quoniam eorum fides & diligentia à testatore satis probata est. Nisi opinionem testatoris refellerint, ut si cœlata morum emerserit improbitas.

XVIII.

Item ex inquisitione confirmati, ut dati testamento matris vel auie.

XIX.

Et generaliter omnes à magistratu ex inquisitione dati: præter curatores furioso datos, qui licet ex inquisitione dati sint, tamen satisdare debent, nisi substantiam idoneam possideant.

XX.

Interdum tamen etiam sine inquisitione dati non satisdant, utputa inutiliter dati à patre, & ideo sine inquisitione confirmati.

XXI.

Quemadmodum è contra aliquando etiam in testamento vel ex inquisitione dati, satisdare coguntur, aut administrationem alijs cedere: quod fit si plures testamento aut ex inquisitione dati sunt. Tum enim uno optionem contutoribus suis vel concurtoribus offerente utrum satis accipere, andare malint, qui solus satisdat, solus etiam tutelam administrat.

XXII.

Finis satisdationis est, ne negotia à tutoribus vel curatoribus consumantur, vel diminuantur.

XXXI.

Effectus, vt principaliter ex ea teneantur tutores & curatores eorumq; hæredes: accessoriè verò fideiussores: & subsidiariè etiam ij qui aut minus idoneam satisdationem acceperint, aut cum deberent, non acceperint omnino.

XXXII.

Quales sunt scribæ prætoris vel præsidis, & minores magistratus. Nam maiores satisdationem non accipiunt, ideoq; nec ex ea obligantur.

C O R O N I S.

Vtrum minoribus rerum suarum administratio ante 25. etatis annum sit permittenda?

